Nº 2106. 229-21-1

Hoc est Translatum sumptum fideli=
ter á quodam publico Instrumento cuius te=
nor talis est. Notum sit cunctis, Quod Nos
Bernardus de Vilademany Gratis consulte
et ex certa scientia, per nos, et omnes hæredes
et successores nostros Confitemur, et recognos=
cimus, et concedimus vobis Bernardo de Mon=
terotundo Militi, et vestris hæredibus, et suc=
cessoribus perpetuo, Quod pro Servitio illo=
rum fœudorum quæ pro nobis tenetis scilicet
Medietatem Decimi Majoris Parochiæ Sancti
Genesij de Faradello, Et quartonum Decimi
Parochiæ Sancti Andreæ de Gurbo debetis no=
bis acomodare tres Mulos quotiescunque Do=
minus Rex mandat hostem Generalem in Ca=
thalonia, et eam faciet, et eam nobis mandat,
et Nos vobis, et quod dictos tres Mulos tenemur
vobis reddere incontinenti finita, vel relaxata
hoste prædicta; Et quod nullum aliud servi=
tium nec aliquid aliud pro dictis feudis fa=
cere tenemini quod scimus nisi tantummodo
homagium, et firmas Iuris, et tertia, et Laudi=
mia, Et Ideo per Nos, et dictos nostros hære=
des, et successores tenentes, et habentes feuda
prædicta Volumus, et concedimus vobis, et
vestris hæredibus, et successoribus eadem feuda

Margin: T de Thona, et quartonum Decimi Paro=chiæ Sancti Andreæ

Margin: nobis

da tenentibus, quod hoc omnia sic perpe=
tuo observentur, salvo, et retento quod si
unquam per Instrumenta vel convenientias
aut alia documenta aliqua alia servitia
inveniantur vos debere nobis facere præter
prædictis quæ ea nobis faciatis, et facere tenea=
mini prædicta concessione, et recognitione
in aliquo non obstante. Actum est hoc quar=
to Idus Septembris anno Domini Millesimo
trecentesimo quartodecimo. S✝num Ber=
nardi de Vilademany prædicti, qui hoc firma=
mus, et laudamus. Testes huius rei sunt
Bonanatus de Olmeto Iuris peritus, Beren=
garius de Sancta Eugenia, Bernardus de
Sancta Eugenia fratres, Huguetus de Mi=
nijana Guillermus, et Berengarius de Lagos=
tera, Iacobus de Condamina, et Bernardus
de Argilla = Sig✝num Raymundi de Abadia
Vicens. Canonici tenentis locum Domini Hu=
gonis de Cardona publici Vicens. Notarij. =
Sig✝num Petri Simonis Scriptoris Iurati
qui hoc scribi fecit, et clausit mandato Ray=
mundi de Abadia tenentis locum Domini
Hugonis de Cardona Vicens. Notarij die, et
anno quo supra.

GOBIERNO DE ARAGON

Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam publico instrumento cuius tenor talis est. Notum sit cunctis Quod nos Bnardus de Vilademany Gratis consulte et ex certa sciencia per nos et omnes heredes et
successores nostros Confitemur et Recognoscimus et concedimus vobis Bnardo de Monterotundo militi et vestris heredibus et successoribus perpetuo Quod pro servicio illorum feudorum que pro nobis tenetis scilicet medie-
tatem decimi maioris parrochie sancti Genesii de Taradello Et quartonum decimi parrochie sancti Andree de Tona Et quartonum decimi parrochie sancti Andree de Gurbo debetis
nobis acomodare tres mulos quandocumque dominus Rex mandat hostem generalem in Cathalonia et ea fiant et ea nobis mandat et nos vobis Et quod dictos tres mulos tenemini vobis
reddere incontinenti finita vel relaxata hoste predicta Et quod nullum aliud servicium nec aliquid aliud pro dictis feudis nobis facere tenemini quod sciamus nisi tantummodo homagium
et firmas iuris et tenea et laudimia Et ideo per nos et dictos nostros heredes et successores tenentes et habentes feuda predicta volumus et concedimus vobis et vestris heredibus et successoribus eadem
feuda tenentibus Quod hec omnia sic perpetuo observentur Salvo et retento quod si unquam per instrumenta vel conveniencias aut alia documenta aliqua alia servicia inveniantur vos debere
nobis facere pro predictis quod ea nobis faciatis et facere teneamini predicta concessione et recognicione in aliquo non obstante Actum est hoc Quarto kalendas Septembris Anno domini Millesimo
Trecentesimo Quartodecimo Sig+num Bnardi de Vilademany predicti Qui hec firmamus et laudamus Testes huius rei sunt Bonanatus de Ulmeto iurisperitus Bnga-
rius de sancta Eugenia Bnardus de sancta Eugenia frater Huguetus de Miyana Guillelmus et Bngarius de Lagostera Jacobus de Condamina et Bnardus de Argilla. Sig+num
Raymundi de Abadia vicensis canonici tenentis locum domini Hugonis de Cardona publici vicensis notarii. Sig-num Petri Simonis scriptoris iurati qui hoc
scribi fecit et clausit mandato Raymundi de Abadia tenentis locum domini Hugonis de Cardona vicensis notarii. die et anno quo supra.

GOBIERNO DE ARAGON

7

Tarradell

[illegible] ... fas que [illegible] todon 3

Sig. n 150.

221-21-1

Nº 2106.

Carta en Vila e may feu en
Ramon Sorr [illegible] teng [illegible]
[illegible]
[illegible] mayor de Tarradell [illegible] quarto
[illegible] de Bona e quarto [illegible]
de Ciuth